



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXIIX. De Difficultate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

pet. Medina. reg. 5. Aliquando tamen non tantum pro complemento, sed totus desideratur effluxisse tanquam in odiosis & debitores gravantibus. §. 2. ubi Osterm. Instit. de V. O. §. ult. Instit. de inut. stipulat.]

CAP. XXVII. De Diffamatione & Remedio ex L. Diffamari.

Axioma I.

Quoties alter me debitorem jactat, sed actionem differt, toties ex l. diffamari §. C. de ingen. manumiss. citari potest, ut probet delictum aut taceat, quia sic mea interest, ut diffamatio probetur, quod aliter quam diffamantis citatione fieri nequit.

II.

Quoties diffamator præviâ citatione se sistit in judicio, toties cessat processus diffamatorius, & incipit processus super debito ordinarius.

Ratio: quia processus diffamatorius non nisi eo tendit, ut alter compellatur ad agendum. Incipit ergo tunc diffamans esse actor & forum rei sequitur, Mev. P. 3. decis. 57. Confer. Barthold. Blazen in Tract. ad l. diffamari c. 4. n. 37. seq. Hinc diffamatus uti aliâ potest contra diffamantem, uti exceptionibus dilatoriis, v. g. satisfactionis, vid. Carpz. in Process. Tit. 20. art. 1. n. 23.

CAP. XXIX. De Difficultate.

Axioma I.

Difficultas imminens in facto perinde est, ac si fieri non posset, l. un. §. 2. ubi gloss. in verb. consentire. de lib. univers. Specul. in tit. de solut. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariae num. 68. de constit. Gilman. 4. i. vot. 4. n. 22. Revera tamen multum inter hæc interest, difficultas enim in persona, impossibilitas in re ipsa est: hæc impedit stipulationem, ista non item. l. ult. de A. E. Cujac. ad l. 137. circa fin. de V. O.

II.

Difficultas quæ causatur facto alterius non debet allegari. l. omnes 17. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. Lup. Rom. conf. 77. num. 2.

III.

Difficultas excusat à poenâ. l. si vebenda 10. §. 1. ad Leg. Rhod. de jact. l. 2. §. 1. ff. si quis caut. Fed. de Sen. conf. 122. Jafon. in l. 1. §. si jussim. n. 15. de acquir. possess. Pantfchm. pract. q. 1. q. 21. num. 71. Paris. 1. consil. 107. num. 3. à mora, Covar. ad cap. quampvis de pact. part. 2. §. 5. num. 4. quando scilicet averti non potest. l. 3. §. si per venditorem. 3. ff. de act. emt. Gædd. de committ. stipul. cap. 11.

num. 79. Difficultas enim æquiparatur impossibilitati. l. 2. §. 2. vers. ex quo. l. 137. §. cum quis 6. de verb. obl. Felin. in cap. Ecclesia num. 81. de constit. Sebast. Med. in tract. de cas. fort. p. 1. quest. 4. num. 13. præsertim autem ea difficultas excusat, quæ contingit post contractam obligationem, d. l. 10. §. 1. vers. idem juris ff. ad Leg. Rhod. de jact. cum in contractibus verisimilis mens contrahentium observetur. l. ult. ff. quæ res pign. oblig. l. semper 34. de Reg. juris. ubi autem scivissent difficultatem, verisimiliter non promississent. arg. l. cum de indebito 25. ff. de probat. cui accedit quod in §. per alium. Instit. de inut. stipulat. etsi quis promisit se facturum, ut Titius daret, intelligatur se facturum cum effectu: excusatur tamen, si omnem quam potuit diligentiam adhibuit. Ruin. consil. 67. num. 9. Bartholom. Kellbenz. de renunciat. success. cap. 11. num. 12.

IV.

Difficultas non vitiat actum. l. continuus 137. §. illud. 4. de V. O. Pantfchman. 1. pract. quest. 21. num. 71.

V.

Difficiliore casu posito, faciliore per se intelligitur. l. 39. §. ult. de vulg. subst. l. 33. de usufr.

VI.

Quæ difficilia sunt, non statim sunt deteriora. Exempl. l. Si quis. 11. si quis caut.

CAP. XXX. De Dignitate, Digno.

Axioma I.

Ex dignitate hominis splendor provincia, non dignitas hominis ex provincia oritur. Matth. Stephan. l. 2. de jurisdic. part. 1. cap. 6. num. 31. ubi quoad Ecclesiasticos hoc limitat: quo aludit Gallorum formula, quæ la personne, ennoblit la chose, Mafver. in patio tit. de Tallis n. 9. Brisson. in basili. lib. 6. tit. 15. art. 1. Molin. consuet. Paris. §. 1. gloss. 5. verb. le sief. num. 63. Chafsan. in consuet. Burgund. ult. de Droits apparata gens mariez art. 19. num. 27. Victor. in disp. de caus. exempt. Imp. concl. 25.

II.

Dignitas semper est eadem, cap. quoniam 4. & ibi gloss. de offic. delegat. cap. gravior 5. de re script. in 6. Menoch. lib. 1. arb. judic. quest. 67. num. 21. Unde rectè dixit Baldus conf. 325. col. 3. volum. 1. Quod si successor principis facto sui antecessoris contravenit, contravenire dicatur sibi ipsi, cum semper sit unus principatus, unum Imperium. Vultejus inter consil. Marp. conf. 20. volum. 3. num. 57.

III.

Dignitas & honor non jubet deponere amorem patriæ. l. 28. C. de Decur. Hinc Nobiles non possunt detrectare munera publica, si in Civitatibus habitent. arg. N. 15. cap. 1. Brunnem. C. de decurion. col. 8.

IV. Digni-